

Sigismundus Simeus Rex Poloniae  
Alberto Magistro Cruciferorum in Russia —

73

Illis Princeps. etiam —  
Questi sunt nobis Cives nostri Vilnensium, quod  
cum Ceram suam, valore Trium millium  
Sexagenarum monetae Lithuanicae Duce-  
rent, per Civitatem Illis vestre, Montem  
Regium, fuerit Illis, per Officiales et Servos  
Ipsius Illis vestre, absque ulla causa re-  
cepta, Quodque non permitti sunt, eandem  
Ceram ulterius vehere, aut rursus ad Lithua-  
niam reducere, De qua violentia, nos plu-  
rimam miramur, Contestamurque ab Illis  
Vestra, committere velit, ut Ceram ipsa resti-  
tuatur, idque Deinceps subditis nostris  
fieri, apud se non permittat. Valeat —



Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Main body of handwritten text, appearing as bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text at the bottom of the page, possibly a signature or date.